

finitur mensis aprilis & dimidium madij finitur illa piscatio. quia non posunt amplius inueniri. set transitum fatiunt per trecenta miliaria longe abinde ubi inueniuntur per totum mensem septembris & dimidium octubris capere nominate.

68^v° Mercatores uero de perulis istis siue de caperis huiusmodi rectitudinem soluunt.

Nam regi dant decimam partem de ipsis. Item decimam partem dant incantatori piscium qui homines non offendant. dum in aqua pro inueniendis caperis se submergunt. Et isti qui incantant pisces in die uocantur braaman. set incantant ipsos de die solum nam ueneficia rumpunt in nocte Item isti abraaman similiter incantare sciunt omnia animalia. In toto regno siue prouincia maabar uacant lucra sartorum. nam necessarij non sunt ibi. quoniam gentes toto tempore uadunt nude excepto quod naturam coperiunt cun uno pano. Et similiter uadit rex nudus & solummodo coperit naturam suam verum est quod alias res fert quas uobis dicemus ex honore regio circa collum habet armillam unam plenam perulis magnis & lapidibus preciosis videlicet zafirus & rubinis & alijs lapidibus pulcris. ita quod ualet magno thesauro pendet etiam ad collum regis quedam corda subtilis de syrico descendens per ante pectus & in ista corda sunt centum & quatuor inter perulas magnas grossas & pulcras & rubinos qui sunt magni valoris. Et dicemus causam quare in illa corda sunt centum & quatuor inter lapides & perulas. centum & quatuor ideo portat quia ad honorem suorum *ipso dicunt ciiij orationes ad honorem suorum ydolorum ipsum oportet singulis diebus mane & sero centum iiii dicere orationes ad honorem suorum ydolorum*

69^r° Et sic lex eorum precipit. quia reges predecessores sui eundem eundem modum seruarunt. & isti dimiserunt obseruandum. Et hec est causa quare portat ad collum

centum & quatuor. oratio uero hec est. pauca. pauca. pacauca. & aliud non dicunt Item rex portat in tribus locis brachiorum bracerias aureas totas superornatas perulis & lapidibus preciosis magni ualoris. portat etiam iste rex in tribus locis crurium centas aureas coopertas perulis & lapidibus preciosis. Et per totum super pedes & digitos portat lapides & perulas ita quod est mirabile ad uidendum. Et nullus posset numerum ualoris dicere nec taxare. Et hoc non est mirabile quoniam illi lapides preciosi & perule inueniuntur in regno suo. nemo quidem extrahere potest de eius regno aliquem lapidem grossum neque perulam qui sit ponderis a dimidio sadio supra. & rex mitit precipiendo per totum regnum suum quod omnes habentes pulcras perulas & bonos lapides debeant ipsos portare ad curiam. nam eis impendere faciet duplum ualoris eius quo constiterit. Et hec est consuetudo regni dare duplum eius quo lapides constant. Et quando mercatores & alie gentes habent de istis lapidibus & perulis libenter ad curiam portant quoniam eis plenarie satisfactum est. Et hec est causa quare rex habet tantas diuicias & tot lapides

69^v° preciosos. Item iste rex habet bene mille inter concubinas & uxores. quoniam statim cum uidet aliquam pulcram mulierem. eam accipit in uxorem. & dicemus